

CHRISTI
820.PASCHALIS PAP.
4.LUDOVICI
LEONIS ARMENI 7.
7. IMPP.

(qualis non definiebatur) ob nefarium aliquod facimus capite plexum fuisse. Ultraque itaque ex causa distalimus. Nunc autem concessum est, ut auribus tuis voco nostra rursum infonit, significans nos corpore valere (dicere autem licet) etiam spiritu, sanctis precibus vestris cum beato Patre meo .

II. Ad ea vero, que indicasti, quid dicam aut quid loquar, nisi quod haereses atorocitati congruat acerbitas persecutio- nis? Quid enim vide velis, quando Christus negatus per sanctae imaginis sue contumeliam? An non fluentem sanguinem, carnesque concisas? non afflictiones & angustias? non vincula & carceres, & alias omnis generis vexationes? non vasa iræ preparata in interitum, ex quibus unus est quem dixisti? Et videbis frater, etiam graviora, si diutius duret haeresis, sed beati: qui sustinent, quoniam ipsorum est Regnum cœlorum. Jam ebori Confessorum & Martyrum exultant, latentur, alios quidem per legitimam mortem fasci- pientes, alios invisibiliter consolantes, & confirmantes. Et quid Martyres dico? Christus ipse, quem Martyres confitentur, gaudens & una certans, adeo unicuique confitentium. Nisi enim ita res esset, baudquaquam perferrent, qui præsentia perferunt strenue: baudquaquam mulieres virilem animum gerent ad exemplum antiquarum; baudquaquam laici & Senatores ad agones proficerent: baudquaquam pueri ipsa impiorum marium aspectum contemnerent: baudquaquam ostenderentur ubique publicæ custodia, nec referat es- sent solitudines & montes & silvæ, & speluncæ iis, qui propter Dominum ejer- Eti sunt: non denique (ut concludam) concuteretur terra, terræmotus enim magi invaserunt loca, ubi persecutio ipsa vigebat.

III. Quare manifesto credunt, persecutionem pati Christum; sperandumque simul & au- dendum, ut supplicia quavis, in veritate credens, cum Christo, & adjuvante Christo, qui que sustineat. Hac sunt que narramus. Audient matuteti & letentur.

PAGIUS

lamentatum invexit; quam si quis explorare nos- se cupiat, Virum adeat; videlicet laborantes oculos, tristem, quo exceptus est, easum, pa- lamque deplorandum perspiciet. Quare cum San- flus Nicophorus anno DCCCXV. die XIII. mensis Martii e Monasterio Boni ad Monasterium Sancti Theodori e regione Bosphori Thracii, seu Steni positum translatus fuerit, easusque Barda Patrici acciderit, cum iam Sanctus Theodo- dorus in carcere Smyrnensi ageret, ut scribit Michael in Vita eiusdem Theodori, cuius verba recitat Baronius numer. VII. non dubium, quin Barda punitio ad annum DCCCXIX. quo mente Maio Theodorus Smyrnam perductus, qui que quartus erat a Prædictione Sancti Nicopho- ri, pertineat.

Audit Oriens & Occidens ea quæ apud Byzantium sunt, & laudem dicat. Ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia. Hic certantium defensio, hic san- guis fluit irrigans Ecclesiam Christi su- pra ipsam paradisi Edem irrigationem: (a) 1. Reg. Vivo ego, dicit Dominus: quoniam glori- ficantes me glorificabo, & qui me spernunt, erit inglorius. Describe & tu quisquis es zelum Domini habens nova, seu potius divina martyria, ut sciant posteri, quia Dominus vere in nobis est, vivitur se- men justorum, & Christum gerit aureum genus Martyrum, adversus quod portæ in- fieri non prævaluerunt, nec prævalebunt; quemadmodum promisisti qui præveras est. Du- rum, inquit (b), tibi contra stimulum (b) AB. 9: calcitrare. Et aliter esse nequit. Ego qui- dem infelix haec dico. Tu vero, sacer fili, repende mibi tuas preces. Saluta Confes- sores tuos nominatim & condiscipulos; ne- que hos tantum, sed si possis, alios o- mnes electos Dei, electos ex milibus, lumina mundi, vasa misericordiae, Deo utiles, desideratos Trinitati, quorum pre- cibus salvemur & nos indigni. Te cum omnibus, qui mecum es, salutat. Huc- usque epistola Theodori urgente magis persecutione ad Naucratium data, eadem que novissima hujus Leonis temporis.

Cum ita quidem persecutio magis sa- viret, ipse Deus ad confitendum atque patiendum auxit numerum, & vires ad- didit, ut Constantinopoli sponte exurge- rent qui libere palamque Fidem Catho- licam profiterent damnarent impios Ico- nomachos, idque non monastici tantum ordinis cultores, sed alii cuiusvis condi- tionis & sexus, adeo ut civitas illa de- leret confessione eam, quam ob negotio- nem contraxisset, infamiam: ita plane emortua pene illa & spiritus exors revi- sit Ecclesia, ubi (ut ex Theodoro an- no superiori audisti) ex Occidente ve- nere Legati a Paschali Pontifice missi, & lectæ sunt Apostolico spiritu plena literæ, quibus significatur est, excisos es- se ab Ecclesia Iconomachos, & a spe fa- litis prorsus factos extores. Tunc enim mi-

Michael tamen Studita in Vita Sancti Theo- doris, Barda casum alter narrat ac Ignatius Diaconus, cuius verba mox recitavimus. Ait Diaconus enim, Bardam Smyrnæ gravi morbo corruptum majoris fuisse, & cum remedia undique tentasset, quem- dam ex ejus familia, qui Orthodoxorum par- tium erat, ei persuasisse, ut Theodorus ad- vocaret, qui opem ferret. Itaque ad Sanctum mittit et vestigio, veniam petens tantorum fa- cinorum, &c. Orantis commiseratione talus Theodo- dorus, & morbum sanavit, crebris precibus Deum exorans, & cum corpore, ut anima simul me- lius esset, effect, &c. Verum amens ille, ac su- pra modum stupidus, quasi nihil novi accidisset, repente animum mutat, redditque ad pristinam barefam & errorem, pessimo confiliorio usus Smyr- pen-